

posui reliquias extra portas ad unam ianuam ibidem pro petitione et accepi duas marcas intra duodecim dies¹⁾.

1382
Febr. 10.

Item temporibus Henrici de Broike claudubatur una dicta Gertrudis ipsa die Scholasticae virginis anno 1382 a domino Tidemann, rectore sancti Nicolai. Prout scabini civitatis fecerunt me rogare et praedicta Gertrudis, ut dominus meus Coloniensis scriberet ad dominum Tidemannum, ut ipse eam includeret et ut ego eam reciperem ad reclusorium sancti Benedicti, ut ipse Tidemannus illa vice eam includeret et non amplius nec successores ipsius²⁾: ita includebatur. Primo veniebat ad capellam ad peragendum acta, baiulatur coram eis candela honesta caerea ex talenta^a caerae, in qua annexa aurum, thus et myrrha, et ipsa offerebat se ad altare sancti Benedicti, et Tydemannus celebravit ibidem missam et vestivit eam vestibus nigris cum consensu meo supra nullam regulam vel ordinem^{b)}.

1388.

[Anno 1388 mortuo Carolo imperatore, qui temporibus meis erat Tremoniae, ut supra, hoc sibi comparabat in vita apud electores^{c)}, ut filium suum^{d)} Wenceslaum eligerent in caesarem^{e)}. Et anno 1389 nondum erat coronatus in caesarem Romanum, qui Urbanum³⁾ tenuit pro papa^{f)}. Et istis temporibus nullus dominorum terrae tenuit aliquem de Romano imperio, non quod ipsum destituerunt^{g)}: nullum caesarem habuerunt. Et idcirco insidiabantur Tremonienses, qui non habebant^{h)} caesarem, cui hoc conqueri possent, et hoc nunquam auditum est a¹⁾ temporibus Caroli Magni, quod sedes Romani imperii vacasset. Et ideo christianitas nullum habebat capitaneum tam spirituales quam saeculares, quia scisma tam diu duravit].

1391
Sept. 13.

*M Cter quater X novies V iunge semel sex,
Engelbert Marca per vim validam soliarcha
Dominus Rhenum populum duxerat hanc modicum
Igribus et cameram transiit Agripeam.*

- a) ABC in Klammern 'ein punt'. b) In ABC hinzugefügt: 'und wan sie wey in der clusen ansprach, mosten sie verloff bitten van hern Henrichen von dem Broiche. Item dar starff eine genant Greite, eine klusenersche, und woirt to s. Renolt begraven'. c) AB in Klammern 'churfursten'; C 'electores principes'. d) 'suum' fehlt in C. e) C 'Romanum'. f) ABC 'papam'. g) So C; AB 'destruerent'. h) C 'haberent'. i) 'a' fehlt in ABC.

1) S. S. 540. 541. 2) Am 2. Jan. 1382 bat der Rath der Stadt den Erzbischof Friedrich von Saarwerden schriftlich, seine Zustimmung zu ertheilen, dass Tidemann, Pastor an der Nicolauskirche, die Gertrud Loypers in die Benediktisklausur führe (Fahne, UB. II², N. 438). Die Vorgängerin dieser Gertrud 'ut videbatur Wirna nomine' hatte, wie sich aus einem Erlass des Dortmunder Dechanten d. d. 1381, Januar 12 ergibt, die Klausur freiwillig verlassen (Dortmunder Stadtarchiv, Urk. nr. 804). 3) Vgl. Lindner, Gesch. des deutschen Reichs unter König Wenzel I, S. 71 ff. Karl IV. starb 1378, Nov. 29, Wenzel wurde schon am 10. Juni 1376 gewählt. Solche um 10 Jahre falsche Datierungen finden sich weiter unten noch mehrere.